

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
agricolas! quibus ipsa procul discordibus armis
fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
si non ingentem foribus domus alta superbis
5 mane salutantum totis uomit aedibus undam,
nec uarios inhiant pulchra testudine postis
inlusasque auro uestis Ephyreiaque aera,
alba neque Assyrio fucatur lana ueneno,
nec casia liquidi corruptitur usus oliui;
10 at secura quies et nescia fallere uita,
diues opum uariarum, at latis otia fundis,
speluncae uiuique lacus, at frigida tempe
mugitusque boum mollesque sub arbore somni
non absunt; illic saltus ac lustra ferarum
15 et patiens operum exiguoque adsueta iuuentus,
sacra deum sanctique patres; extrema per illos
Iustitia excedens terris uestigia fecit.

Me uero primum dulces ante omnia Musae,
quarum sacra fero ingenti percussus amore,
20 accipient caelique uias et sidera monstrant,
defectus solis uarios lunaeque labores;
unde tremor terris, qua ui maria alta tumescant
obicibus ruptis rursusque in se ipsa resident,
quid tantum Oceano properent se tingere soles
25 hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
sin has ne possim naturae accedere partis
frigidus obstiterit circum praecordia sanguis,
rura mihi et rigui placeant in uallibus amnes,
flumina amem siluasque inglorius. o ubi campi
30 Spercheosque et uirginibus bacchata Lacaenis
Taygeta! o qui me gelidis conuallibus Haemi
sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!
felix qui potuit rerum cognoscere causas
atque metus omnis et inexorable fatum
35 subiecit pedibus strepitumque Acherontis auari.

testudo Schildpatt; *Ephyre*, -es f. alter Name für Korinth; *casia* wilder Zimt;
Tempe griech. neutr. plur. Tal in Thessalien.

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Z. 1 : Wie ist die Verbform *norint* zu erklären?
2. Z. 10-14: Welche Funktion haben die mit *at* eingeleiteten Sätze?
3. Z. 12: Wie nennt man die mit *tempe* gegebene Begriffsverwendung?